



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

3 A Persis reprobe sumunt, exordia sortes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Paulus Apollolus pepercit illi spiritui, ac non potius fecerit illius demoni correptione atque exclusione mandavit. Omnes igitur artes huiusmodi, vel nugatorie vel noxie superstitionis, ex quadam pestifera focetate hominum & demonum, quasi pacta infidelis & dolose amicitie constituta, penitus sunt repudianda & fugienda Christiano.

C. VII. ¶ Non est vis, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à deo, vel magis expetitur.

Idem in a lib. de Civitate Dei.

¶ Vis salutaris salutem vult habere, & sine ratione affirmat prudentem se fieri posse, animam, sed æger, non prudens, sed stultus in agri- tute afflicta laborabit, & in cæcitate noxia stultus ac frenus permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à divinis & magis, vel ab ipsis demoni in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quam vita: & quæ se fecerunt, si se non correperant aternam perditionem tendunt, Psalmista dicit: [Omnes dii gentium sunt demonia] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gessunt, ut perditionis lux faciant eos esse participes. Itaque hæc vanitas magiarum artium ex d. traditione Angelorum maiorum in toto orbe terrarum plurimis saculis invaluit, per quamdam scientiam futurorum, & infernorum, & per invocationes eorum inventa sunt aruspicia, & auguriones, & ipsa, quæ dicuntur oracula & necromantia.

C. VIII. ¶ Christiana & vera pietas planetariis expellit & damnat.

Idem confessionum lib. 4. c. 3.

¶ Illos planetarios, quos mathematicos vocant, plane conculcete non desitebam, quod quasi nullum esset facinorosum, & nulla preces ad aliquem spiritum ob divinationem dirigenter. Quod tamen Christiana & vera pietas consequenter repellit & damnat.

C. IX. ¶ Culpa est idololatris, auguria servare, & sortitionem requirere casus.

Idem Hieronymus g.

¶ Sed & illud idem, quoniam qui b. fornicatur, in corpore suam peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei edificatum est, sed & istud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculavit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur. ¶ Est & illud opprobrium Ægypti, quod si negligenter, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi & secundam circumcissionem, vetustæ consuetudinis institutione suggeritur, observare auguria, requirere stellarum cursus, & eventus ex iis futurorum rimari, servare omnia, & ceterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatris namque mater est Ægyptus, ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare: quæ, si transitio iam Iordanis suscepisset, & his te vestigia læpæ illigaveris, tecum sine dubio opprobria Ægypti tuis.

¶ Hoc autem sortilegio n. non usque adeo sunt detestanda, nisi sortilegia de arca, vel Iordanis demonibus fuerit immolatum, quod sortilegium esse videtur esse immundum: aut si istum, quod sortilegium fuerit, à nobis signantibus sumis contigerit, sed sortilegium non deliquisse.

¶ Habere in lib. Rabanus de Magorwn profugis. b. Euse. l. 1. cap. 41. Ivo p. 1. c. 66. c. Pol. 1. d. Isidorus l. 1. etymol. cap. 9. e. al. sortilegium. f. Ivo p. 1. c. 20. Pann. l. 1. c. 79. g. Origene in hom. ad c. 10. h. i. Cor. 6. Epist. i. al. baptisim er- roneum. k. al. sortilegio.

C. X. ¶ Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab arca vel torculari aliquid ad demonum sacrificia tollitur.

Unde Augustinus ad Publucolum, epist. 174.

¶ Idem area a vel torculari tollitur aliquid ad sacrificia demoniorum sciente Christiano, ideo peccat, quia b. fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. Quod si factum non competit, aut prohibendi potestatem non habuit, aritur mundis reliquis fructibus, unde illa sub- lata sunt.

C. XI. ¶ Immunis est à reatu, qui erit, quod ne- scit idoli immolatum.

Idem Ambrosius in primam epistolam ad Co- rinthios, ad c. 10.

¶ Licet aliquid e pollutum sit per accidentiam, id est, oblationem idoli, cum hoc tamen nescit, qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

QVÆSTIO III. & IV.

¶ Quibus autem generis divinationis exordium semper- rit, vel quot sint genera ejus, Augustinus d. exponit in libro de natura & demonum, ita dicens.

C. I. ¶ De multiplici genere divinationis.

¶ Igitur f. generis divinationis a peris i fertur allatum. Varro autem dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, ætrem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dicta autumat. Divini dicti sunt, quasi Deo pleni. Divini- tate enim plenos se esse simulant, & astuta quadam fraudulencia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera divinationis, ars & furor. Incantato- res verò vocati sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quod circa aras idolorum nefas- rias preces emittunt & funesta sacrificia offerunt, his- que celebritatibus demonum accipiunt respon- sa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores. Dies enim & horas in agendis negotiis, operibusque custo- diunt, & quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt. Hi etiam extra pecudum inspicunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus avium, & voces intendunt, aliaque signa rerum, vel ob- servationes improvisas hominibus occurrentes serun- lidem sunt & auspices. Nam auspicia sunt, quæ iter facientes observant. Dicta autem sunt auspicia, qua- si avium spicia g. & auguria, quasi avium garria, id est, avium voces & lingue. Irem augurium, quasi a- vigerium, quod aves gerunt. Duo sunt autem genera auspicio- rum, unum ad oculos, alterum ad aures per- tinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. Pythones à Pythio Apolline dicti, quod is auctor fue- rit divinandis. Astrologi dicti eo, quod in astris augu- rantur. Genethiaci appellati sunt propter natalitio- rum considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim caeli signa describunt. Geneses enim hominum per duodecim caeli signa describunt, syderumque cur- su, nascentium mores, actus, & eventus prædicere co- nantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgò Mathematici vocantur, cujus superstitionis genus con- stellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quisq. nascitur. ¶ Primum autem idem stellarum interpretes Magi nuncupaban- tur: sicut de his legitur in b. Evangelio, qui natum Christum annuntia verunt. Postea hoc nomine soli Ma- thematici dicti sunt. Cujus artificientia usque ad Ev- angelium fuit concessa, ut Christo edito nemo ex- inde nativatem alicujus de caelo interpretaretur.

¶ Ivo p. 1. c. 99. b. al. si. c. Ivo p. 1. c. 96. d. Rabanus de Magorwn profugis. Isidor. l. 1. etymol. c. 9. e. al. divinatione. f. Euseb. l. 1. c. 23. Ivo p. 1. c. 66. g. al. auspicia. h. Math. 2. ff. 4.